





1788.

1. \* Berga, Carolus Fidelesius Ernestus, lib. a. : Corollarium  
juri<sup>s</sup> Criminalis XXIV. Programma, quo ordinaries  
senior colorque anteriores fac. iur. solemniter dacto.  
et alii Caroli Fidelesii Ernesti lib. a. Berga herber-  
tus.
2. Bauerus, Henricus Gottfridus, fac. iur. procurandus :  
Commentatio super decisione Rechts. d. a. 1786.  
XXX. Programma, quo solemniter Doctoriae Henrici  
Blumneri indicit.
3. Bonnus : Corollarium juri<sup>s</sup> Criminalis XXIII.  
Programma, quo ordinaries senior colorque anteriores  
fac. iur. memoriam Bonnianam inticent.
4. \* Breknius, Carolus Augustus : Prima adverio juri<sup>s</sup> en.  
ligni III. Programma, quo ordinaries senior ac  
aliqui fac. iur. anteriores solemniter Doctoriae Caroli  
Augusti Breknius et Christiani Gottlob Dantobelli  
indicent.

1788

5. \* Wincklerus, Gaspard. Lectoratus: (obit uero non  
ad ipsius pertinenterum specimen II) Regiam, quo ordinis  
nunis sicut et reliqui doctores fac. ipsi solenniter  
Doctoratus solitus. Historiae Winckleri in dicunt.
6. Bauer, Henricus. Corpus, fac. ipsi procuratarius.  
Super decisione electorale d. a. 1786 28. et. 29..  
Pragamus, quo salutem Doctoratus Coriol. G. Diffr.  
Zetecens Rethyschii indicit.
7. Blumerus, Christianus. Gallab: De iuri dictiorice feudali  
in prædia Saxonica et Thuringia seniori extra  
territorium Saxonie Lusatiae qui nova clavis  
lari obstricta non competitente.
8. Blumerus, Christianus. Gallab: T. protocollo feudalium.
9. Blummer, Henricus: De capitu.
10. <sup>2</sup> Bickel, Carolus Augustus: De delictis.
10. <sup>6</sup>\* Bickelius, Carolus Augustus: Diploma, quo  
Collegium iurisconsultorum Lipsiense Coriolus Augustus  
Bickelius abriusque iuris Doctoris dignitatem constituit.

1788.

11. Clarius, Carolus Christianus: De iudicio principium  
rectorum auctoritatis et fueris principium Doctorum  
uorissimum an. 1558 Cap. II. illustratum
12. Ricinus, Dr. Georgius, fac. iur. procuratorialis:  
De munere procuratoriali in acad. Lips. p. I. Pr.  
Irena, quo honorum photostrophicorum candidatis  
item petitionis indicat.
- 13<sup>a</sup>. Hanßfeld, Christianus Eulius: De comitiorio prie.  
cipum. Specimen iuris Romani publici.
- \* 13<sup>b</sup>. Hanßfeld, Christianus Eulius: Diploma, quo  
Christianus Julius Hanßfeld ab hisque juri doctoris  
dignitatem contentur.
14. Hanßfeld, Christianus Eulius: De causis, cur idem  
et testato et intestato procedere non possit?
15. Kastriatus, Janus Balckasus: De pupillari  
testamento praeterita imponeris matre. 24to.
16. Lachet, Renatus Gottschel: Ius honorarium ante  
usum rationis

1788.

17. Puchmannus, Iur. Fac. Iur. pro cancellario:  
Miscellaneorum et iuris pertinentiarum specimen XV. Pra-  
gramma, quo sollemnia inauguratio Tr. Balduzari  
Knechtneri indicatur.
18. Puchmannus, Iuris Ludovicus Ernestus: De necessitate  
agnitorum simultaneorum investitorem in feudi  
appigurationem consentiendi.
19. Ran, Christianus: De legato debiti
20. Richterus, Christ. Eust.: De Notitia Prisco.
21. Schmidius, Adolphus Wenceslaus: De usitata officia  
ci late iuri iurandi.
22. Schott, Augustus Fredericus: De ignorantia papal-  
ium poenarum, carum vim impediens.
23. Stockmann, Augustus Conclivus: De reparacionibus  
editio praeatoris hanc concessis.
24. Weisse, Christianus Ernestus: De Ignorantia Germanorum
25. Winckler, Ernst Erdmann: Admittatio XII ex altero  
series iuri iudicarii. Pragmama, quo sollemnia inaug-  
uratio Comiti Christiani Clari indicatur.

1788.

26. Winckler, Gottlieb Lectorum : Regiae aerarie  
m'li'karis Romanus ac hodie erit.

27. Winckler, Gottlieb Lectorum : Substitutione paper.  
Caro vel quaevis testamentum duplex.

1. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
2. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
3. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
4. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
5. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
6. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
7. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
8. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
9. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
10. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
11. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
12. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
13. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
14. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
15. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
16. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
17. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
18. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
19. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit  
20. Schrein der Heiligen Dreifaltigkeit









1788,3.

ORDINARIUS  
SENIOR CETERIQUE ASSESSORES  
FACULTATIS IVRIDICAE LIPSIENSIS

M E M O R I A M  
B O R N I A N A M

DIE XII. IUNII A. CCCCCCLXXXVIII.

HORA IX.  
IN AUDITORIO SVO  
RECOLENDAM  
INDICVNT

---

IN EST  
COROLLARIVM IVRIS CRIMINALIS  
VICESIMVM TERTIVM

ORATIONES  
S. PETRI ALEXANDRI  
PRAESES  
IN APOSTOLIS  
EXTRACTUS  
AD CATHOLICOS  
AC ROMANOS  
CENSUS  
TITULI  
CENSUS  
TITULI

---

## COROLLARIVM IVRIS CRIMINALIS

VICESIMVM TERTIVM.

*De patrimonio furum, iusle distribuendo.*

---

**P**atrimonium delinquentium distinguendum est a panniculariis, vt ipse VPIANVS l. 6. de bonis damnat. dicit, nempe tanquam genus et species. Haec ea tantum sunt, quae criminis reus secum gerit tum, quando custodiae traditur, d. l. 6. FERD. AVG. HOMMEL *diff. de panniculariis*, illo autem nomine ea omnia comprehendimus, quae furis sunt et ad facultates eius pertinent, consideratione eorum imprimitur tum facta, postquam ob furtum commissum condemnatus est. Raro autem euenit, vt, qui aliorum bona surripiunt, ipsi tantum in bonis habeant, vt vnicuique petenti suum solui possit. Nec mirum, cum quilibet fur, cui vt plurimum iam ante furtum commissum curta stipellex, per ipsam furti perpetrationem de novo duplex nomen contrahat, vnum erga eum, qui furtum patiebatur, ad restituendas res surreptas vel pretium earum, proditis contra eum iure ciuili actionibus, alterum erga iudicem inquisitionis, ob sporulas soluendas ac sumitus in inquisitionem factos refunden-

A 2

dos,

dos. Dum itaque de patrimonio surum pauca praefari constitui-  
mus, ante omnia videamus, ex quotuplici causa ipsum con-  
siderari fas sit, nulla ratione habita, siue sur viuat siue de-  
functus sit.

Et primo quidem in conspectum veniunt res, quae  
apud fures reperiuntur alienae, siue quarum proprietate ipse  
destitutus est, quaeque iterum duplicitis generis sunt, scilicet  
aut surreptae furtum passo, aut cuicunque alii propriae, vt  
liberis, vxori aliisque personis. Quodsi itaque sur res singula-  
res surripuit, eaeque in ipsius bonis deprehenduntur, haud  
dubium est, eas separandas et domino retradendas esse, *Ord.*  
*Crim. art. 208. 209.* siue ista restitutio fiat instituta antea rei  
vindicatione, siue condicione furtiuia tot. tit. *Dig. de condit.*  
*furtiuia,* siue denique ex solo iudicis officio, quod hodie in  
locum istarum actionum succedere solet. Iudicis enim est,  
inuenta in patrimonio suris re furtiuia, ac ad iudicium per-  
lata, eam statim, praevio si opus iureiurando, furtum passo  
reddere, *O. Crim. art. 207. 208. 213.* vnde Imperator ibi-  
dem et art. 218. inter prauas consuetudines iudicium eam  
quoque refert, quando iudex res furtiuas apud furem depré-  
hensas sibi vindicare sustineat, cf. BOEHMER ad CARPZ. *Pr. rer.*  
*crim. P. II. qu. 8. obs. 2.* Notandum vero est, hanc redditio-  
nem a iudice sponte fieri debere, nullis a furtum passo acceptis  
sportulis, quod non possumus non in eorum iudicium oppro-  
brium monere, quos non pudet, omnia sibi officia venalia  
esse, etiam ea, quae tum naturalis aequitas suadere tum ipsa  
reip.

reip. salus imperare videtur, inter quae in primis hoc praeceptum referendum censemus, si quis possit eo prodesse, ut res alicui iniuste ablata iusto possessori reddatur. Idem, saltim tacite, confirmare videtur ius ciuile, dum fures quidem, non autem furtapassos in expensas condennant, potius ut his iudices res surreptas reddant, seuere ac simpliciter praecipiunt. Huc referenda putamus verba Ord. Crim. art. 207. *Soll der richter gebürliches schleunig's rechts verhelfen.* Accedit, quod reip. intersit, furtum non manere impunita, quod tamen sine dubitatione futurum esset, si furtum passi per obstatula ipsis opposita ac nominatim sub praetextu sportularum prius soluendarum, a furti persecutione absterrerentur. Hinc igitur singuli iudices etiam quoad furtum id sibi dictum esse putent, quod ratione omnium delictorum Carolus V. *Ord. crim. art. 204.* his verbis monet: *jede obrigkeit der peinlichen gericht soll — machen, daß die beschuldeten übelthäiter dafso leichtiger zu gebührlicher straf bracht, und aus forcht unbilligs unkosten recht und gerechtigkeit nit verhindert werden.*

Nulla igitur supereft dubitatio, quin vel orto ad furis bona concursu creditorum vel extra eum, quaevis res singulares furto surreptae, si in massa reperiantur, ab hac diligenter separandae, atque furtum passo retradendae sint. Idem dicendum videtur, si fur numeros domino surripuerit, et hi ipsi nummi in furis patrimonio deprehendantur. Recipit igitur furtum passus suum, quippe qui furto sibi facto dominium non perdiderat. *Quodsi itaque, sciuncis rebus alie-*

nis, quod supermanet ipsum furis patrimonium ipsi, haud alii proprium, in tantum consideramus, in quantum, ut plerumque sit, singulorum creditorum satisfactioni haud par est, studio abstinemus de variis in concursu creditorum obuentibus praerogatiis locationum quicquam dicere, quippe quae eadem sunt in furum concurribus ac in reliquis, verum id hoc loco in primis quaerendum erit, vtrum aliqua praecedentia statui possit, descendens ex causa furti commissi? Et hic quidem questio triplex esse potest, primo quoad ipsius conditionem, deinde quoad eius obligationem erga furtum passum, denique quoad necessitatem solvendarum iudici sportularum, numque vni vel alteri ex his reliqui creditores postponendi sint? Et primo quidem notum est, redditionem furti certis sub conditionibus poenam furi dictandam mitigare, CARPZ. *Pr. rer. crim. P. II.* p. 80. Quando itaque res ipsae surreptae nummiae ablati in furis dominio non amplius extant, sed consumti sunt, ita ut naturaliter restitu nequeant, aliquando creditum est, ante omnia ex vniuersis furis bonis tantumdem pecuniae sive paratae sive ex rebus vendendis comparanda separandum ac decerpendum esse, quantum sufficiat ad satisfaciendum furtum passo, eatenus, quatenus opus fit, ut iudex poenam mitigare possit. Nititur haec opinio intempestiu ergafures misericordia, (contra quam aliquando I. FLOR. RIVINVS Professor Lipsiensis prolatione anno 1747. nec non LEYSERVUS *Medit. ad Pand. Sp. 136. med. 13. et 18.* fortiter scripsit) et cerebrino erga reos fauore. Qui poenam meruit,

meruit, luat eam, vt satisiat reip. ac legibus. Res habet quidem aliquam speciem tum, quando fur ob deficientem naturalem rerum furtuarum restitutionem in vitae periculo versatur. Qualis enim comparationis modus inter vitam hominis, nullo pretio aestimandam, ac aliquot paucos nummos, quos perdituri sunt creditores, quando ex furis patrimonio ea summa decerpitur, qua vita hominis cuiusque reip. seruari potest? Eiusdem opinionis est Cel. F. A. HOMMEL in diff. alleg. §. 36. et 37. qui prae omnibus quaerendum esse putat, num ex patrimonio furis tantum restitui possit, vt ipse a laqueo liberetur, exemplo adducto, quo adeo ex sententia Scab. Lips. ne ipsi quidem furi vestis necessaria in custodia ex eius bonis propriis comparari poterat, antequam eius vitae prospectum esset. Obiici quidem posset, si relicta misericordia de summo iure respondeamus, furtum passo ad furis patrimonium nonnisi pro rata admisso, fure autem, si haec ad liberandum a patibulo haud sufficiat, suspenso, huic rei haud plus iniqutatis inesse videri, quam quando olim, ante sanctionem Mandati Electoralis d. 30. Apr. 1783. dati §. 5. iudicibus criminalibus circa modum inquisitionis in furtum passi arbitrio erat, furi deficiente restitutione remissionem denegare, et sic facere, vt misero gula frangeretur. At responderi potest, ea ipsa de causa laudandam esse nouam legem, qua priuatum quasi ius vitae ac necis in furem sapienter sublatum est, quod ut fieret, iam laudatus ille RIVINVS t. c. suasit, semper enim manebit aequitatis regula: sanguinem hominis quoquis modo

redi.

redimendum esse. Quae quomodo cunque sint, hoc tamen pro certo affirmare licet, nec furtum passo, nec ipsi furi ullum ius esse, postulare, ut ex huius bonis cum reliquorum creditorum damno ea quoque summa praecipiatur, quae ipsi praeter periculum vitae ad ulteriorem poenae mitigationem prodesse possit; HOMMEL *l.c.* durum enim foret, creditoribus quicquam de suo demere, ut modo omnis generis misericordia erga delinquentem exerceri possit. Ceterum, quando de creditoribus dicimus, eos tantum intelligimus, qui tempore furti creditores erant, non itaque de iudice ratione sportularum ob inquisitionem gestam, quales ante furtum commissum non debebantur.

Furem in obligatione esse iudici tum sportulas in furtum inquirendo promeritas, secundum praescriptam taxae normam soluendi, tum sumptus vel in ipsum inquisitionis processum vel in rei incarcerauti alimenta aliasue necessitates parata pecunia erogatas reddendi, omni dubio caret, IUDOVICI *peinl. Proc. c. XXII. §. 8. et 16.* BRYNNEM. *Proc. Inqu. c. 9. n. 13.* MEISTER *iur. crim. fest. III. c. 30. §. 8.* in primis iure communii. At quoad ius Saxonum haec doctrina aliquot vicissitudines habuit quoad poenas capitales ac corporales. Nota enim est paroemia: *Mit dem Tode wettet man dem Richter und büßet dem Kläger, Gläffator ad Ius prouinc. Sax. L. II. art. 31. item ad L. II. art. 35. et L. III. art. 35. vid. CARPZ. pr. rer. crim. L. III. qu. 80. n. 110 sqq. KRESSIVS ad C. Cr. art. 204. §. 18. sqq. cf. commentat. nosfr. de morte voluntaria p. 48.* Quod quanquam sunt, qui aliter interpretabantur

tari cupiunt, BOEHMER ad CARPZ. l.c. obf. 10. tamen id quod  
 serenissimi Legislatores Sax. postea repetierunt, nec non ad  
 perpetuos carceres dilatarunt Conf. 12. P. IV. et Dec. El. 18.  
 cf. CPZ. ad d. Conf. def. 23. donec legibus recentioribus, nem-  
 pe Mandato regio wider die Diebe und Räuber d. 27. Jul. 1719.  
 emiso §. ingleichen deren Gerichten etc. sensus dictae Constitu-  
 tionis nonnisi ad processum accusatorium (de quo solo etiam  
 antiquum ius Sax. egit, agitque hodie Ius Lubecense Tit. IX.  
 art. 1. verbis: *Wenn einer gehangen oder sonst gerichtet wird, ge-  
 höret von dem Gute dem Gericht nichts;*) atque crimen solum homi-  
 cidii reduceretur. Ab hoc itaque tempore, ut in omnibus  
 criminibus, sic etiam in furto, reus ad expensas soluendas  
 tenetur, siue eas intelligamus, quas actuarius, scribae et appa-  
 ritores pro laboribus pendente inquisitione promerentur, siue  
 summus, quos iudex tum in sententias a dicasteris ferendas  
 tum in captiuos alendos, tum alio quounque modo, tum  
 denique ad executionem dictatae poenae erogare necesse ha-  
 bet. Etenim et has, si recesseris ab erectione signorum iuri-  
 dictionalium, non singulari alicui executioni, ut rotac, sed  
 pluribus destinatorum, ut patibulorum atque loci, vbi  
 capitis deminutio fieri solet, des Rabenstein, item nouorum  
 carcerum numellarumque aedificatio, nec non vinculorum  
 reparatio, (quippe quae onera sunt altae iurisdictionis atque  
 non illi, quae occasionem dedit, sed pluribus futuris execu-  
 tionibus inseruiunt, f. a. HOMMEL l.c. §. 43. 17.) reus ferre te-  
 netur, unde Ordo Noster, quotiescumque ergastuli poenam

B

dictat

dicitat, semper addere solet: *er ist auch die auf sothe Strafe, zu veruerenden, benebst denen auf gegenwärtige untersuchung verwandten umkosten abzustatten schuldig.*

At redeamus in viam. Quamvis itaque hodie ambigi nequeat, furem ad expensas criminales restituendas iudici regulariter teneri, eumque si generalius dicamus, non minus inter furis creditores numerari, tamen singularis earum ratio esse solet, dum, quando furis patrimonium non omnibus sufficit, nulli antiquorum creditorum praesertim, soli furtum passo certo modo postponitur. Etenim quoad reliquos creditores leges sportularum fisco aliquam praerogativam, qua, massa non sufficiente, veteribus furis creditoribus anteponeretur, haud concessere. Cae autem, ne ea, quae in Mandato Sax. d. 3. Iul. 1748. §. 4. praecipiuntur, de inquisitione, in qua ipse communis debitor haeret, intelligas, cum solummodo de eo casu accipienda sint, quando debitor communis praedium iurisdictione patrimoniali praeditum possidet, et vi huius in criminis aliquem reum inquirendum est. Vnde sequitur, iudicem furis non postulare posse, ut sumitus et sportulae ex huius bonis sumantur, nisi manifeste pateat, ea singulis creditoribus paria mansura esse.

Quodsi vero has ipsas sportulas sumitusque cum rebus furto surreptis, non amplius extantibus, nec ad furi vitam vindicandam necessario restituendis, comparamus, ac utrum alteri anteferendum vel postponendum sit, quaeramus, leges nihil definiunt, quoad usum autem tempora distingua-

mus,

mus, saltam Ordo noster alio tempore aliter iudicauit. Et anno 1744. quidem referente HOMMELIO 4. c. utriusque rei eadem iura esse credidit, ac ita pronunciavit: *Dass die in deposito vorhandenen gelder zu bezahlung der 230. ill. so I. A. R. wie er eydlich erhäret, geschlossen worden, so wohl derer auf diese Inquisition und execution gewandten gerichtskosten anzuwenden, und beydes davon pro rata zu entrichten.* At re curatius penitentia, mutauimus sententiam, atque nunc iudicem nullas sportulas ante postulare posse existimamus, quam sursum passo de damno sit satis factum, in primis in tantum, quantum reo ad mitigationem poenae prodest. Cuius rei ratio non tam in misericordia erga fures, quam supra damnauimus, quam in eo latet, quod primo reip. interest, vt ciues in secura rerum suarum possessione conseruentur, ac singuli ab omni vi externa et ablatione defendantur. Suscepit enim hoc, dum homines in ciuitatem coirent, summa potestas, atque partim ex eadem ratione solent hodie subditi tributa in publicum conferre. Altera causa in eo versatur, quod omnibus iis, quibus summus princeps iurisdictionem criminalem concessit, hanc legem simul imposuit, vt in publica crimina inquirerent, ac reos punirent. Cum itaque ad haec ipso memorato beneficio vel officio obstricti sint, nullo nec praemio constituto nec indemnitate promissa, manifesto fluit, iudices, si delinquens bona non habeat, eandem inquisitionem et poenae executionem gratis suscipere debere, sportulas vero non nisi in subsidium, si nihil oblit, postulare posse.

posse. Obest vero quando sportularum a fure receptio cum officio, furtum passo securitatem possessionis bonorum suorum praestandi pugnat, vnde necessario efficitur, saltem aequitati quam proxime accedere videtur, iudicem, et si haud teneatur de suo sive ex fisco furto affectum indemnem reddere, tamen ipsum ex suris patrimonio sportulas prius accipere non posse, donec illi prius rei furtuue premium redditum sit.

Quodsi igitur hactenus dicta in vnum contrahamus, consequitur: 1) quando in suris patrimonio ipsa res singularis vel ipsis adeo nummi furto ablati, reprehenduntur, eae furtum passo tradendae sunt; 2) si non extant, furtumque passus concurrat cum aliis creditoribus sive hypothecariis sive chirographariis, illi ex prioritate locandi sunt, reliqua massa inter chirographarios, furtum passum et sportularum exactorem pro rata distribuenda ita tamen 3) vt si ex rebus furto surreptis adhuc aliquid desit, hoc iudex de sportulis suis supplere debeat. Illustrationis gratia apponamus sententiam ab Ordine Nostro ante hos tres annos iudici in Strassgraeberg, qui est vicus Lusatiae superioris, datam. *Dass Johann Gotthelf Peter der begangenen und eingestandenen doublen halber, auf acht iahr in ein zuchthaus, und daselbst zur arbeit anzustrengen, er könnte und wollte denn während seiner aufbehaltung im zuchthaus das gestohlene ganz oder zum theil ersetzen, so ergeht wegen verminderung der ihm zuerkannten strafe ferner, was rechtens — Iedoch sind die kinder der verstorbenen Peterin das ihnen*

*zukom-*

zukomende plötztheit also den dritten theil an dem einbringen befagter ihrer mutter zu fordern wohl befugt, das sodann verbleibende nebst dem übrigen vermögen oßternandten Peters pro rata zum ersatz des geflohnien, bezahlung der passiorum, und zu abtragung der von Petern in gegenwärtiger untersuchung veranlaßten unkoſten anzuwenden, jedoch der auf letztere kommende betrag zuförderft mit zur befriedigung der beſtohnien, und dadurch zu erlangender milderung der Petern zuerkanndten ſtrafe anzuwenden. Verba postrema quodammodo in ambiguo relinquent, vtrum fiscus ſportularum officio ſuo ſatisfaciat, dando de ſua rata furtum paſſo tantum, vt mitigatione poenae effici poffit, an vero eius fit, hunc totum indemnem reddere? Nobis cum adductae ſupra rationes generales ſint, posterius videtur. Hinc etiam Scabini Lipsiensis anno 1777. cum aliquis iudex uestes ac res vtenſiles, quas fur ex pecunia furtiva ſibi comparauerat, ſportulis ſibi debitis accommodare cuperet, id non permiferunt, ſed earum pretium, venditione reductum ſimul ad furtum paſſi indemnitatem adhibere praecēperunt.

Patrimonium furum itaque iuste diſtribuendum eſt, nec vt ſupra oſtenſum, iudici inquisitionis licet, eius vi iurisdiſtionis superioris potiri. At vero, quando ipſi inſunt eiusmodi res furtivae quas nemio repetit, et quarum dominus, vt faepe fit, ignoratur; quemque forte ipſe fur nescit, tum procul dubio iudex criminalis eas res iure fisci ſibi vindica-

dicabit, quippe quod est comodum hodiernum altae iurisdictionis; nec itaque obest vetita iure Romano ac Carolino *O. C. art. 209.* rerum furtuarum praescriptio. Haec autem vindicatio aliter fieri non poterit, quam expectato per spatium annum Saxonicum domini aduentu, *Jur. Prov. L. II. art. 31.* et praeuia in publicum notificatione, non edictali quidem sed publico tantummodo proclamate, ut pronunciavit teste HOMMELIO l. c. Ordo ICtorum Scabinorumque Liphsium. Neque putandum est, hanc rem hodie aliquam mutationem accepisse per ea, quae Mandato Electorali d. 13. Nov. 1779. circa citationes edictales in causis ciuilibus praeter concursum creditorum emissio, quoad deposita iudicialia sanctiuntur, quippe quae solunimodo eiusmodi deposita concernunt, quae litium causa, ac propterea ad iudicium perferuntur, ut vtraque pars de iis secure litigare possit.

Supereft, orationem anniversariam indicare proximo die XII. Junii in memoriam gentis BORNIANAE habendam, id quod faciet is, qui et hoc anno beneficio Principis eo stipendio fruatur, Vir prae-nobilissimus IOANNES GEORGIVS WILCKE, celebrando gentis huius illustre nomen, praemissa oratiuncula *de ratione legum in institutione moribusque Principum interdum quaerenda.* Huic igitur oratori, ut omnes, qui ipsi, qui litteris, qui iurisprudentiae, quique genti Bornianaee bene cupiunt, in primis vero RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, ILLVSTRISSIMI COMITES, ac

VTRIVS-

VTRIVSQUE REIP. PATRES CONSCRIPTI, denique RE-  
RVM DIVINARVM HUMANARVMQVE IN HAC VNI-  
VERSATE LITTERARVM STUDIOSSI frequentes adsiunt, omni  
quo par est studio, vehementer rogamus. Scrib. Dominica III. p.  
Fest. Trin. a. CIOIOXXXVIII.

---

LIPSIAE

EX OFFICINA SAALBAGHIA.



Ver. d. St. Broth. & L. H. M. D. Premium omnium vniuersitatis. Medicatione. VII.

**ULB Halle**  
005 482 992

3



1078





ORDIN  
SENIOR CETERIC  
FACVLTATIS IVRI

M E M O  
B O R N I

DIE XII. IVNII A.

H O R  
I N A V D I T  
R E C O L E  
I N D I C

I N E  
C O R O L L A R I V M I V  
V I C E S I M V M

Farbkarte #13

